



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. XXVI. Rationes Evitandæ ambitionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

§. Hoc ipsum & docet S. Gregor. Nazianz. in Apologet. I.  
Hic ait, spiritualis omnis prefectura finis est, nimurum priuata  
utilitate neglecta commodis aliorum inseruire. Nunc pre-  
stere ambitorum honorum scopus est; alienam posthaberet  
utilitatem, propriam accurare. De qua re Ezech. 34

## C A P. XXVI.

*R A T I O N E S E V I T A N D E  
ambitionis.*

§. **H**anc pestiferam luem & honorum contentio-  
nem, ut euadant, ejus pericula & damna per-  
pendant i. siquidem fidei obex est Ioannis 5. v. 44. Quo-  
modo vos potestis credere, qui gloriam ab iniuicem accipitis, &  
gloriam quæ a solo Deo est non queritis? 2. fidei confessionis  
ad salutem necessariae impedimentum est. Ioannis 12.  
v. 42. 43. Veruntamen & ex principibus multi crediderant in  
eum: sed proper Pharisæos non confitebantur, ut è Synagoga  
non eiucerentur: dilexerunt enim hominum gloriam magis,  
quam gloriam Dei. 3. præceps in haeresin prolapsio. S.  
*Haeresis ge-* Augustin. lib. de Pastoribus cap. 8. Diuersis locis sunt di-  
*nirix super-* versæ Sectæ, sed una mater superbia omnes genuit. S. Gregor.  
*bia.* lib. 20. Moral. cap. 11. Hereticos in cunctis erroribus suis manus  
glorie appetitus possidet, eosq; honoris ambitus captiuos tenuit.  
4. Est & ambitio speci ac fiducia debilitatio & abi-  
ctio, quid enim ambitiosus speret à Deo superbis re-  
sistente i. Pet. 5. v. 5. Iac. 4. v. 6. nisi supplicium? 5. Est di-  
uinæ humanæq; dilectionis extinctio: siquidem Car-  
itas non est ambitiosa i. Corinth. 13. v. 5, ac deinceps meri-  
torum ac cœlestium præmiorum, quæ à caritate pen-  
dant, occasus.

*Ambitio ma-* §. Breuiter multa complectitur S. Bern. serm. 6. in  
*lorum mare.* Psalm.

Ps. 90. Qui habitat: Ambitio, inquit subtile malum, secretū virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, viorum origo, criminum fomes, virtutē erugo, tinea sanctitatis, excacatrix cordium, ex remedii morbos creans, generans ex medicina languorem. Sanctus Leo distinctione 47. can. 7. Virum catholicum & præcipue Domini Sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sacra Scriptura Ecclesiast. 18. v. 30. Post concupiscentias tuas non eas. Mens enim potentia auida nec abstinere nouit à veniis, nec gaudere conceſſus, nec pietati adhibere consensum. Deinde qui se exaltat humiliabitur Matth. 23. ver. 12. Luc. 14. v. 11. & cap. 18. v. 14. & quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Luca. 16. v. 15. Sanctus Chrysostomus homilia 35. in Matth. operis imperfecti, & habetur distinct. 40. c. 13. Multi Sacerdotes. Quicunq; desiderauerit primatum in terra, inueniet confusione in celo, nec inter seruos Dei computabitur, qui de primatu tractauerit: nec unusquisq; eorum festinet, quonodo aliis maior apparcat, sed quonodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui fuerit maior in honore inter homines, ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior.

## CAP. XXVII.

*AMBITIO CLERICORVM  
infidiatrix.*

§. **A**mbitio omnibus quidem insidiatur, sed potissimum Ecclesiasticis, quibus proinde illa diligentius cauenda. Christus, ait Sanctus Augustinus in Psalm. 1. noluit terrenum regnum cum superbia Ioannis. 6. v. 15. Quæ ideo cathedra pestilentia recte intelligitur: quia non fere quisquam est, qui careat amore dominandi, & humana-  
nam non appetat gloriam. Pestilentia est enim morbus late perulgatus & omnes aut penè omnes inuolens.

Cc 4

Sic